



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

ix. De Sacrame[n]to Matrimonij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

potestas, traditur ordinato: de cuius speciebus, differentijs, & gradibus, satis videtur superiore libro dictum esse. Vnde solum nunc restat, vt ad matrimonij materiam orationem vertamus.

DE SACRAMENTO matrimonij, TITVLVS IX.

Quid sit matrimonium. h. d.

a in sum. 27. q. 2. §. sanē. cap. illud. extra. de præsump.

Matrimonium^a est viri & mulieris coniunctio, in diuina vitæ consuetudinem continens, cum diuini & humani iuris communicatio-
ne.

Matrimonium præcedit alia sacramenta, ratione loci in quo instituitur est, tēporis, amplitudinis, & mysterij. h. d.

Et meritò inter alia sacramēta Matrimonium quoque annumerari meruit, cum cæteris loci, temporis, amplitudinis, & mysterij ratione etiam præcellat. Siquidem ab orbis primordio in Paradiso à Deo ipso institutum est, vt esset omnibus etiam infidelibus commune, quod in alijs minimè cōtingit. His illud quoq; accedit^b, quòd animorū consensus & corporū commixtio, quæ in matrimonio intercedunt, primum quidem charitatem significat, quæ consistit in spiritu inter Deum & iustam animam, vel Ecclesiā: alterum verò sacrosanctum cōiugium designat, quod inter

b cap. debitum. extra. de bigamis.

Christum & Ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum.

Bona matrimonij sunt sacramentum, fides, proles, & fornicationis remedium. h. d.

Consequuntur & inde præter sacramentum, & alia bona: vtputà^c, fides, & proles, & quòd humana infirmitas in ruinam turpitudinis prona, honestate excepta coniugij, minimè læditur. Initiatur autem matrimonium sponsione, consensu ratificatur, & copula consumatur: de quibus singulis distinctius dispiciamus.

c can. omne. 27. q. 2.

DE SPONSALIBVS, TITVLVS X.

Quid sint sponsalia, & unde dicantur. h. d.

Spnsalia^d sunt futurarū nuptiarum mentio, & repromissio: & dicta sunt à spondendo, quòd per ea sibi inuicē se futuros coniuges viri & mulieres spondent.

d can. nostrates. 30. q. 5. glos. 1. cap. licet. extra. de trans. episcop.

Sponsalia contrahuntur re, uerbis, literis, et consensu. h. d.

Contrahuntur autem sponsalia varijs modis: vtputà, re, uerbis, literis, & consensu. Re cōtrahuntur per nudā subarrhationem, vel anuli immisionem. Uerbis, vt si inter virum & mulierem pmissio super futuro matrimonio intercesserit, ueluti altero alteri vice mutua dicēte: Ego^e te accipiam in meum maritū: & ego te in meam uxorem, siue in hunc sensum uerba similia protule-

e cap. pen. extra. cod.

k